Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Esca autem nos non commendabit deo
si non manducauerimus deficiemus
neque si manducauerimus habunda
bimus. Videte autem ne forte hec li
cencia uestra offendiculum fiat in
firmis. Si enim quis uiderit eum qui
habet scienciam in ydolo recumbe
rem. nonne conscientia eius cum sit
infirma edificabitur ad manducan
dum ydolatica et pibit infirmus
frater in tua conscientia propter quem
cristus mortuus est. Sic autem peccantes in fratres et percutientes con
scienciam eorum infirmam in cristo
peccatis. Quapropter si esca scandali
zat fratrem meum non manducabo
carnem in eternum ne fratrem me
um scandalizem.

IX

Non sum liber. non sum apos
tolus. Nonne xpm dominum
dominum nostrum uidi. Nonne
opus meum uos estis in domino. Et
si alis non sum aplis tamen uobis
sum. Nam signaculum aplatus mi
hi estis in domino. Mea defensio a
pud eos qui me interrogant. hec est
Numquid non habemus potestatem
manducandi et bibendi. Numquid
non habemus potestatem sororem mu
lierem circumducendi. sicut ceteri
apli. et fratres domini. aut cephas
aut solus ego et barnabas non habem
potestatem hoc operandi. Quis mi
litat suis stipendiis unquam. Quis
plantauit uineam et de fructu eius
non edit. Quis pascit gregem et de
lacte eius non manducat. Numquid
secundum hominem hec dico. An
et lex hec non dicit. Scriptum est
enim in lege moysi. Non alligabis
os bouis triturantis. Numquid de bo
bus cura est deo. An utique propter nos
hoc dicit. Nam propter nos scripta
sunt. Quoniam debet in spe ara
re qui arat. et qui triturat in spe
fructus percipiendi. Si nos uobis
spiritualia seminauimus. dignum
est ut carnalia nostra metamus
Si alii potestatis uestre sunt par
tes. quare non potius nos. Sed
non usi sumus hac potestate. sed om
nia sustinemus. ne quod offendi
culum demus euangelio cristi. Nec
enim quoniam hii qui in sacrario o
perantur. que de sacrario sunt e
dunt. Et qui altario deseruiunt
cum altario participantur. Ita et
dominus ordinauit his qui euan
gelium annunciant de euangelio
uiuere. Ego autem nullo horum usus
sum. Non autem scripsi hec ut fiat
ita in me. Bonum est enim magis
mori. quam ut gloriam meam quis
euacuet. Nam et si euangelizauero
non est mihi gloria. Necessitas enim
mihi incumbit. Ve enim mihi est
si non euangelizauero. Si autem uo
lens hoc ago mercedem habeo. Si
autem inuitus dispensatio mihi cre
dita est. Que est ergo merces mea
ut euangelium predicans sine sump
tu ponam euangelium cristi. ut non
abutar mea potestate in euangelio
Nam cum liber essem ex omnibus
me omnium seruum feci ut plures
lucri facerem. Et factus sum iudeis